

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus m
cum fonte primo

In terra datur Spiritus ut diligatur proximus; e celo datur Spiritus ut diligatur Deus. Sicut ergo una est caritas et duo precepta, ita unus Spiritus et duo dona.

Gregorius omelia XXVI.

In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus; e caelo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est caritas et duo praecepta, ita unus Spiritus et duo data.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2, 26, 3 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.220, ll.56-58).